

quod cum Maiori Consilio Candide faciant de contentis in petitione, et de ipso facto, quod eis uidebitur spectare ad nostrum honorem et bonum insule nostre.

5 Tenor autem petitionis talis est:

Vobis domino Duci, et uestro honorabili Consilio exponitur reuerenter, pro parte et ex parte domini Alexij Calergi fidelissimi uestri, et Communis Veneciarum quod tempore elapso, procurante humani generis inimico, qui numquam cessat seminare inter fideles Christianos uenenum et scandalum, orta fuit materia alicuius  
10 turbacionis et scandali, inter Laurentium et Jacobum Sagretum fratres fideles uestros consanguineos karissimos ipsius domini Alexij; cuius questionis cum idem Jacobus maligni spiritus furore seductus cum armis contra fratrem suum Lauren-  
tium ad eius offensionem processit, et uenit usque ad domum eius pacifice mo-  
rante ipso Laurentio. Et quando fratrem suum sic uidit, rogavit eum amore  
15 fraterno humilibus uerbis quampluries et instanter, ut rediret et cessaret et non solum rogauit sed dixit finaliter: precipio tibi ex parte Dominationis, quod hinc recedas, quia nolo brigam, nec questionem tecum, quia tu es frater meus. Ille uero Jacobus oblitus omnino humanitatis et fraterne charitatis, quanto magis uidit erga fratrem se humilem, tanto furiosius cucurrit ad eum. Et uolens fratrem  
20 percutere, percussit se ipsum, ex qua percussione decessit; ipse quidem Laurentius cum fratrem percussum et ortexium cognouit, tristis et dolens fuit ad mortem et propter fratrem sic amissum.

Ego Paulus Donato consiliarius manu mea subscripsi

Ego Blasius Geno consiliarius manu mea subscripsi

25 Ego Marcus Zustinianus manu mea subscripsi

Ego Bonincontrus scriba palacij de mandato dictorum consiliariorum dictum  
27 consilium cancellavi.

### 13

Ἀνακαλεῖται ἡ ἀπόφασις ὑπὲρ τοῦ εὐγενοῦς Χρυσοστόμου Μπαλντοῦ, ὅπως διορισθῇ καστελλάνος  
\* τοῦ φρουρίου Ἀποκωρόνου ἐν Κρήτῃ ἐπὶ διετίαν, μὲ μισθὸν καὶ τοὺς συνήθεις ὄρους, μὴ ἀπα-  
γορεύων εἰς ἄλλους νὰ ἔχῃσι καπηλεῖον. 1316, Φεβρουαρίου 13.

Τῇ 6 Μαΐου τὸ Μεῖζον Συμβούλιον ἐπανῆλθεν ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως ὅπως ἀκυρώσῃ τὴν ἀνάκλησιν.

F<sup>o</sup> 31<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo xv, die XIII Februarij.

Quod reuocetur consilium pro nobili uiro Grisostomo Baldu, quod possit ha-  
bere castrum Bicornie, insule Crete per duos annos cum salario et conditionibus  
4 consuetis non prohibendo aliis tenere tabernam.

### 14

Ἐπίσης ἀνακαλεῖται ἡ ἀπόφασις ὑπὲρ τοῦ εὐγενοῦς Νικολάου Staniento, δι' ἧς διορισθῇ καστελλάνος  
φρουρίου Μυλοποτάμου ἐπὶ διετίαν ἐπὶ τοῖς συνήθεσι ὄροις μετὰ καπηλείου. 1316, Φεβρουαρίου 13.